

serendum est universam Judæorum historiam perpetuā connexam serie sibi optimè constare, eique scribendis operam navissæ viros coe-
vos, fide spectatos; mansisse verò incor-
ruptam, saltem in commentariis ac publicis
annalibus, ad eam usque extitit, quā libri,
ad nos usque derivatis, à sacris auctoribus ex-
arati sunt. Cum igitur libri Regum et Paralipomenos
post captivitatem primò litteris man-
dati fuerint, quemadmodum nos in Prolegomenis ad singulos eos libros demonstravimus; ineluctabilē planē argumento constat, annales incorrupti et autographos ejus gentis usque
post captivitatem inviolatos mansisse. Ilos
autem annales consulebat, eosdemque modò
laudabat, modo exscriberebat, modo consulens
lectoribus indicabat auctor, cùm eas lucu-
trationes daret.

Post demonstratam integrā assertamque
librorum sacrorum apud Judeos, à Moyse
usque ad captivitatem Babyloniam, possessionem,
levi certè negotio eamēdā captivitate
usque ad Jesum Christum deducemus.
Superius jam animadvertisimus, ne verbo qui-
dem in sacra Scriptura innui, reges impios,
sive qui apud Judeos, sive qui apud hostes
ejusdem gentis regnabant, bellum non minus
genti quam sacris libris dilinxisse. Jeremias,
ut supra innuminos, Judeis, mox Babylonem
in captivitatem traducendis, volumen legis
tradidit. Exemplum sanè aliquod ejusdem legis
sibi suisque retinuisse censendum est. Sacer-
dotes et Levites nunquam iis libris caruere,
quippe qui singulis sece consulentibus paratos
se exhibere tenerunt (1). Servata etiam ab
illis fuere cantica, et musica instrumenta, in
usum templi olim destinatae; Babylone enim
versantes Judei rogabantur, Psal. 436, 5: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ?* Ultrò fateur Daniel 9, 11, 13, omnia,
que in impios pronuntiantur à lege Moysis
mala, in caput Judeorum cecidisse. Baruch
captivos Babylonis aliquoquin, Moysis legem et
libros, historiamque universam populi Dei bre-
viter colligit, Baruch, 1, 19, 20, et 2, 1, 11, 28, 29.
Daniel oracula Jeremie legens, penitentes illorū
sensus scrutabatur, Daniel, 9, 2. Cyro in-
dicatum fuisse Isaiæ vaticinium, quo idem ipso
nominis designabatur, Josephus, Antiqu. 1, 4,
c. 1, est auctor. Cùm judicialis potestas, apud
Judeos Babylonem versantes maneret, Daniel,

(1) Malach. 2, 7: *Labis sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eis.*

15, 3, destitutos illos legibus Mosaicis, ad qua-
rum normam omnis eorum politia dirigebatur,
quis credit? Quis sibi persuade fieri po-
tuisse, ut Mardochæus, Esther, Tobias, Eze-
chiel iis libris et gentis suæ historiâ carerent?
Profectò apud Daniëlem legimus, Susanam
legum Mosiacarum praecepta edocim fuisse,
latamente in ejus accusatores ex prescripto
ejusdem legis sententiam, quippe qui ex Moy-
sis sanctione pena talionis damnati sunt.
Deut. 19, 18.

Unde verò componentis libros Regum et Pa-
ralipomenon suppetebant ea, quæ in ordinem
redigeret, vetera monumenta, si nulla in
captivitate supererant? In epistola Artaxeris
testimonium ferri de Esdrâ, viro assiduè le-
gem Dei sui versante, superioris animadver-
timentus, 1 Esd. 7, 14, 25. Cavet insuper idem
rex, ut dicto ejusdem legis morigeros se pre-
beant et judices juxta legis statuta eligantur;
ac tandem ipse de se Esdras testatur, cùm Ba-
bylone versaretur, parâsse cor summum, ut in-
vestigaret legem Domini, et faceret, et doceret
in Israel præcepta et iudicium. Inde glori-
osum viro cognomen Scribae *velocius*, seu legem
Dei sui callentis. Cùm verò illi Hierosolymam
reperiret, una secum exempla legis attulit;
et post redditum Nehemias, dixerunt *Edra*
scriba, ut afferret librum legis Moysi, quare
cepserat Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras
legem coram multitudine, etc. Malachias, om-
nium Prophetarum ordine temporum novissimus,
quippe qui post captivitatem scriberebat,
populum hortatur: *Memento legis Moysi,*
*servi mei, quam mandavi ei in Horeb. Ma-
lach. 4, 4.*

Nehemias, ut superioris animadver-
timentibus, bibliothecam Hierosolymam instruxit, in quâ
nil desiderabatur omnium, qua ad reges,
Prophetas, et David pertinebant, 2 Mach. 2,
43. Circa annum mundi 3872, Joseph filius
Ozielis ex Hebreo in Graecum transiit avi
sui Jesu filii Sirach librum, *Ecclesiastici* no-
mine inscriptum, in quo legis, Prophetarum,
et historiæ Judaicæ summa colligitur. In eo
libro, constitutis optimis quâmpluribus mor-
rum regulis, historie elogium complurium
præstantissimum veteris Testamenti herorum
instituitur. Character ibi et epitome exhibetur
gestorum Henochi, Noemi, Abrahami, Mo-
ysis, Aaronis, Phineis, Josue, Caleb, Sa-
muelis, Nathani, Davidis, Salomonis, Eliae,
Eliesei, Ezechie, Isaiae, Josie, Jeremie, Eze-
chielis, duodecim minorum Prophetarum,

Zorobabelis, Jesu filii Josedeci, Nehemias,
Henochi, Setbi, Semi, Simonis filii Onia sumi-
mi sacerdotis, ac tandem Jesu filii Sirach, auctor
ejusdem libri, et exi illius, qui operis
versionem aggressus est. Judas Machabeus
bibliothecam instruxit, in quâ libros omnes
collegit, qui post bellum cladem supererant, 2
Mach. 2, 14.

Antiocho demum Epiphane Judeos vexante
id factum est, quod alias nunquam acciderat,
ut bello sacris Scripturis indicto, exempla
omnia igne absumenta, dilaceranda, 1 Math.
c. 1 et 2, sive imaginibus deorum appicitis
violanda, sedulò inquirerentur. Cùm autem
Machabeus in Maspho cœtum indixisset, ibi
coram Domino libros sacros a militum furore
subductos aperuerunt; datisque ad Lacedæmones
litteris, nihil se tot malis afflictos solatii
nisi in lectione sacrorum librorum capere posse
significarent, 1 Mach. 12, 9. Habebant igitur
Machabei divinarum Scripturarum collec-
tionem.

Versio Graeca Septuaginta adornata anno
mundi 3727, sive illa omnes quæ sacros Ju-
deorum libros contineret, ut veterum ple-
rique censure, Justin. Cohort. ad gent.; Iren. 1, 3; Tertul., Apolog., cap. 18; Clem.
Alex., Strom. lib. 4; Cyrill. Catech. 4, etc.
sive tantum quinque libros Moysis, quæ alii
sedit opinio; Joseph. Procem. Antiq. et lib.
12, cap. 2, cont. Apion.; Hieron. Quest.
Hebr. in Gen. Talmudic (nihil ego in eâ re
affirmo) illustri sati documentis libros He-
breorum jam ante Iesum Christi ætatem Gra-
cis innotuisse demonstrat. Constat autem in
ter omnes, cùjusjam etiam certum fuisse illorum
librorum numerum, et quem appellant Ca-

nonem Scripturarum, exactum absolutumque
fuisse.

Hæc perpetuā traditionum et auctoritatum
serie docemur, à Moyse ad usque Jesu Chri-
sti ætatem semper apud Judeos librorum sa-
cerorum depositum mansisse, ut qui illorum
auctorem Esdram invehunt, pugnant illi
planè et falsa constituant. Nunquam enim apud
Hebreos Scriptura desit, neque ut fodiū cor-
rumperet, sive probris supprimetur, fieri
unquam potuit. Si scripti à Moyse libri ad ca-
pitivitym usque manserunt, quid alios pro-
cedi jubebat? Si integrum opus manebat, cur
in epitomen, quod critici nonnullis visum
est, redigendum erat? Profecto qui operis
aliejus epitomen adornat, illi repetitiones
omnes, quæ tamen apud Moysem frequenter
sunt, evitit; semper enim ad ulteriora stylum
urget, nullumque parergon miscit. Planè si
Mosaicum opus breviter auctor voluisset, po-
tentiam Mosaicæ omnes repugnations impune
omittit. Si quis verò operi manum admoveat,
sive correcturas, sive sententiam inversa-
rus, sive denique quidquam subducturus ad-
rectusque, ausus fuisse, illi certè populi
universi furorum in caput suum provocasset.
Delhinuit ille omnia apud se exempla servare,
vel tantâ pollere auctoritate, quantâ opus
fuisse, ut castigationes suas approbaret, re-
cipiendaque curaret omnibus per universum
latè orbem dispersis Judæis, exempla servan-
tibus, per Egyptum scilicet, Babyloniam,
Persidem, Medianam, Syriam, Cappadociam,
Insulas, Palæstinam, cum Esdræ etate Judeo-
rum gens omnia ea loca frequenterat.

(CALMET.)

AN ESDRAS VETERIBUS CHARACTERIBUS HEBRAICIS

CHALDÆOS SUBSTITUERIT,

Dissertatio.

Quæstio de origine et vetustate character-
rum, quibus Judei nostra aetas utuntur,
viros doctissimos in partes jam inde à pluribus
annis, nondum etiam finitâ lîte, distracti.
Nec magis inter doctores Hebreos eâ de re
convenit, quām inter eruditissimos Christia-

nos utriusque communionis scriptores; adhuc
enim inter Protestantes, uti et inter Catholi-
cos, sub judice lis est; et arduum problema,
dñi multumque exagitatum, in mediis relin-
quitur. Quæ cùm ita sint, audaci prorsis
consilio sententiam in eâ re nostram, tan-

quām item dirempturi, ferendam suscipimus, quasi post doctissimas tot amplissimorum virorum lucubrationes, qui argumentum planè excusserē, addendum aliquid de nostro habeamus. Id ergo potissimum nobis impreäsentarū statuendum est, ut alterum critics argumentum, huic veluti succedens, in examen revocemus. Agitandum est igitur nobis, utrum Esdras eam characterum Hebraicorum, quām contigisse aiunt, mutationem primus inverxit. Questionē sanè inutilēm iis scriptoribus, qui eandem scribendi rationem semper apud Judæos obtinuerint contendunt, gravissimam verò contrarie opinionis assertoribus, qui recentes Judæorum characteres primū invectos credunt post abolis veteres Phoenicos, qui apud Judæos ante captivitatem obtinebant, et modo etiam apud Samaritanos Palestinae vulgari usū feruntur. In hoc autem questionis statu id nobis praestantius esse, ut in ipso questionis limine utriusque sententia momenta afferamus, facile lectores intelligent.

Si prejudicis res ageretur, potior sanè habenda esset illorum causa, qui quām apud Judæos mutatam scribendi rationem defendunt. Superba enim gens, ac prater modum superstitiosa nihil nisi sua facit: neque tot seculorum cursus, quo inter ceteras gentes dispersa vagatur, neque persecutionum, bellorum, publicarumque ac privatuarum calamitatum vices evincere potüre, ut alii, prater quām suis, moribus uteretur. Manet apud illos acceptum à patribus sacrum librorum depositum, et planè formā quā ab illis traditum est; et cùm alias librorum formas usus induxerit, cùm ars typographica tedium exscribendi libros eliminaverit, compara tam tam promptā multiplicandi exempla facilitate; cùm insuper pectorum beneficium, quo clarissimi etiam Judeorum doctores usi sunt, et letacionis difficultatem minuerit, et sententiarum vagam exterrogū significationem magis definierit; nihil tamen scelis sacrorum librorum membranæ, manu descripti, et uno quidem laterè tantum ac sine punctis vocalibus, in synagogis Judeorum, longo volumine circunvolvula servantur; impurum rati exemplum sive alienorum manibus descriptum, sive typi excusum, ineptumque, quod in synagogā servetur. Gens igitur adeò præjudicis suis inherens, potuisse id committere, ut vetustis, quibus utebatur, characteribus neglectis, alienos et patribus suis incognitos admitteret?

Fac autem, id supersticio gentis permiserit: an levis negoti res erat, eo presertim tempore, quo contigisse vulgo arbitrantur, nempe solutā captivitate, cùm scilicet universo Oriente Judæi dispersi vagabantur? Judæos quidem in Chaldaea versantes regionis litteras didicisse, id nullo negotio fieri potuisse datus: sed ei paria Judges, in Egypto, Phoeniciā, Syriā, insulis, aliusq[ue] remotissimis regionibus, quo per Nabuchodonosorem translata sunt, versantes, uno veluti consensu praestituisse credat? Neque enim reputandum est, Judæos et Israelitas decem tribuum simul omnes ē captivitate reduisse, unquam in patriam convenisse, longissimi enim temporis opus illud fuit, nec unquam omnes redire. Quām multū enī Hebreorum, avita regione semel deserēta, provincias Asiae, facta nunquam in patriam rediū, frequentarū? Hoc verò inductum ab Esdrā characterum mutationem ne nosse quidem, nedum probasse, creditum. Quin potius facilē fieri potuisse, ut Esdram id moliente, sceleris et inexplicabili librorum sacrorum violationis accusarent.

Profectò si diuissimā in captivitate sine alienā fœce lingue sua puritatem ita Hebrei servare potuerint, ut Ezechiel, Esther, Daniel, et Esdras ipse, Aggæus, Zacharias, Malachias, in ipsa captivitate vel paulo post scribentes, non alio quām Hebreo sermone, qualis ante captivitatem obtinebat, uteretur; eos deinde temerē, sive levissimis de causis pristinos characteres penitus abeçisse, vix in animum inducimus. Utrum magis arduum, sermonis puritatem inviolatam, an scribendi rationem pristinam servare? Cui insuper bono characteres mutandi erant? Si sermonis Chaldaicē usum necessitas consuetudinis postulabat, poterant Judæi simul utriusque linguæ usum conciliare, alterius quidem in sermone familiari, alterius in religione. Ita planè nostræ ætatis constanti consuetudine servant, ut per varias dispersi gentes Judæi vernacula sermone in commercio, Hebraico in religione utantur.

His argumentis, ex rei æquitate ductis, accedit testimonium vetustissimorum apud Judæos auctorum, qui veteres semper mansisse apud gentem suam characteres aiunt; eodemque, qui modò obtinunt, priscā etiam ætate adhibitos esse contendunt. Quam Moses sive Deus ipse probavit scribendi rationem, hanc, inquit, non sine scelere inexplicabili

Esdras, vir sanctissimus, levissimā ratione inductus mutasset. Laudant in eam rem *Judam Sanctum*, qui *Mizam* colligit, opus ipso Origene, primo è Christianis contraria sententia assertore, vetustius. Gemina tradunt ambo RR. Eliezeres, in Talmude laudatissimi; quos deinde sequitur turba Rabbinorum in Gemmarā, et Buxtorfius, quem ducem plures viri doctissimi sibi in eā re statuerunt. Porrō cùm de facto agitur, ratio ipsa suadet, ut Judeis de suis rebus testantibus major quām ceteris fides habeatur. Hęc majoris momenti argumenta pro hac sententiā producuntur.

Huc planè adversa sententia nec auctoratum, nec argumentorum minori pondere statuitur. Literæ, quibus jamdū utebantur Judei, neque ipsi tantum peculiares erant, neque propria. Quām enim Moses in Egypto didicerat scribendi rationem, hęc Phoeniciā et Palestiniā ante Josē adventum familiaris habebatur. Quār vero nostrā ætate obtinunt apud Judæos litteræ, à veteribus Phoeniciis literis seu veteribus Egyptiis planè discrepant: eamdem enim ab ipsa origine fuisse Egyptorum, et Phoenicam scribendi rationem, in Prolegomenon Geneseos demonstravimus. Idem igitur minimè sunt veterum ac recentiorum Hebreorum characteres. Cū verò Samaritanorū littera veteribus Phoeniciis affines sint, illud statuum oportet, veterum Hebreorum characteres à Samaritanis nostris ætatis non ablutissim. Hanc autem litterarum mutationem cùm alio tempore opportunitas fieri non potuisse intelligamus, quām cùm solutā captivitate Judei una cum Esdrā patriam reppererint; idcirco jure meritoque censemus, eā potissimum ætate veterum characterum mutationem contigisse.

Esto autem, Egyptiorum litteras Moses ætate à Phoeniciis planè discrepasse: non idcirco tamē evincere, veterem scribendi apud Hebreos rationem Phoenicia, vel Chananea fuisse dissimilem. Si enim Moses omni sapientiæ Egyptiorum exultissimus, et in Egypto nutritus, aliis prater quām vernacula Egyptiorum litteris incubationes suas exaravit, non alii sicut potuit, quām Phoenicis uti, quas a patribus suis in Egyptum migrantibus accepérat. Quemadmodum enim illi vernacula Chananeorum vel Phoenicium sermonem retinuerunt, ita et litteras easdem nullo negotio servare potuerint. Vides hic nihil referre, eamdemque rem nihilominus

colligi, eademque fuerint Phoenicum et Egyptiorum litteræ, an aliae?

Samaritanas litteras, quales hodiè in Perpetuano Samaritanorum spectantur, ipsissimas esse veteres Phoenicum, id nemo sane mentis negaverit: id enim satis superque evincent earum collatio. Porrō eas litteras, quemadmodum et legem ipsam Mosis, non aliunde planè, quām ex sacerdote Israëli Samaritani accepérunt, sacerdote, inquit, ab Asaraddon rege Assyria ad eos instituendos misso (vide 4. Reg. 27, et Commentarium in hunc locum), quo tempore res Judeorum et Phoenicum florentissima habebantur; neque alia scribendi ratio, quām ab ipsa origine, obtinebat. Iterum ergo constitutum habemus Samaritanos characteres ipsissimos esse Hebreorum ante captivitatem. Alium non nōrāt sacerdos vel Levita ad eos populos missus; neque aliter descripatam legem Mosis, quām litteris universæ Palestine familiaribus, habere poterat. Samaritani interduas florentissimæ gentes, Hebreos scilicet ac Phoenices, pauci ipsi rarique constituti, eorum lingua atque scribendi rationem adoptare, vellent nōlent, cogebantur. Semel acceptum morem dimisissile illos, conjectura nullā satī firmā sive argumento discimus. Manent ergo apud illos adhuc veteres litteræ, eadem cum vetustis Hebraicis sive Phenicis.

Si Hebreorum nostræ ætatis characteres sibi habebantur à Chaldaicis, illud evincit, scribendi apud Chaldeos rationem, quamvis propriis nostra tempora obtinuerint, manentque non raro eo sermone lucubrationes, ita penitus intercidisse, ut ne fama quidem perserit. Et etiam deveniendum est, ut autores in media Chaldaea scribentes, quo tempore litteræ Chaldaeorum florebant, aliud sāne à Chaldaico scribendi genus adoptarint. Hęc quis ferat? Igitur litteræ apud Judæos nostræ ætate familiares ipsissimæ sunt, quibus Chaldaei utebantur, cùm eamdem præ se ferant scripta primiti Chaldaicē volumina, non ea modò quæ in Chaldaea, sed etiam in Judea et alibi exarata sunt.

Si quis hoc argumentum retrorqueat, regens, Chaldaeis quidem et Hebraicas litteras planè easdem esse; ejus tamen rei in causā fuisse, quod Chaldaicus sermo Hebraicis characteribus semper expressus sit, quem olim morem Abraham, Chaldeus origine, in posteros, et illi deinceps in successores perpetuā constantiæ traditione derivarint: his ego

respondeo: 1º vix in animum induci posse, Isaacum, Jacobum, ceterosque patriarchas, diutius in Chananez versatos, cuius regionis vernaculum sermonem ipsi adoptarunt, quorum posteri post Josue cum Phoenicis et Chananeis commercii consuetudinem habueré, alienam et ignotam eidem regioni scribendi rationem servasse. Si avito patrum suorum sermone neglecto, vernaculo regionis assuerant, cur etiam a Chaldaico scribendi more, ut ad Phoenicum transire, non recesserunt? 2º Quam legem Samaritanu[m] ab Iudeis habuere, hanc Phoenicis characteribus descriptam, quemadmodum Eusebius in loco superiori relat[i]o[n]e inuit, ea mutationem nonnulli juvit. Fortassis enim gentes optimates eā cautione commercium omne cum Samaritanis Iudeis abropere, ne tandem aliquando Samaritanorum consuetudine, communis legis causa introducta, demūnū Iudei corrumpentur. 3º Subita quidem characterum mutatio, veteribus, quibus hactenū scripta lex fuerat, abolitis, novis incognitis et inusitatis substituta privat auctoritate, nunquam in populo superstitionis et veterum consuetudinum studiosissimo induci potuit; sed sensim velut per gradus induci, auctoritate legitima et viri clarissimi opinione fulta, potuit quietis omnibus introduci; quemadmodum ferme simili exemplo, si apud nos ē manibus populi novum Testamentum litteris Gothicis scriptum, et obsoleto Gallico sermone actis Caroli V traditum, subducet, ut luculentia nitidis characteribus et puritate sermonis editio substitueretur.

Iudei certè vetustissimi ultro fatentur, post solutam captivitatem ē veteri scribendi ratione gentem suam recessisse. Hanc sententiam R. Josue in Misna adversus Judæos sanctum et utrumque Eliezerum defendit, asserens, Hebraicas recentiores litteras Assyrias apud Iudeos appellari, quippe quæ ab Assyria originem duxerunt. Suffragantur huic R. Musura in Gemarra, alter Iudeorum docto[r], et R. Moses Nachman, qui ante 500 annos floreb[er]. Genuina pariter habent eruditissimum omnium Ecclesiæ Patrum, Origenes, Eusebius, et S. Hieronymus, quibus recentiorum critorum doctissimi accedunt. Refert Origenes in fragmento recens edito a P. Montfaucon, in exemplaribus Hebraicis, sui temporis spectari nomen Jehovah veteribus Hebraicis characteribus, alii sānū à vulgaribus ejus atatis, descriptum; ferunt enim ait, Esdram veteri scribendi more abrogato, novum post captivitatem substituisse. Idem nec obscurè scribit Eusebius, in Chronic., ad annum 4,740, adiens, tanquam omnibus exploratissimum, Esdram, ut omne Iudeos inter et Samaritanos commercium prohiberet, abrogatæ veteri scribendi ratione, nōvam inter Hebraeos induxisse. Paria, nec semel nec obiter, et tanquam rem

exploratissimum repetit S. Hieronymus præf. in lib. Reg.: Samaritanū etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantum et apicibus discrepantes. Addit: Certe est, Esdram scribam alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cùm ad illud usque tempus sicut Samaritanorum et Hebreworum characteres fuerint. Eodem etiam S. Hieronymo ibidem teste, ejus adhuc attate in Graecis exemplaribus nomen Jehovah Samaritanus litteris scribebatur; quod et asservat Eusebius et Origenes. Et ita illud Ezechielis 9: Signa Tau in frontibus eorum, tanquam certum constituit: Antiquis Hebreworum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Tau littera crucis habet similitudinem. Origenes in eundem locum ex testimonio Iudei ad Christum conversi asserit, veterem Tau formam crucis exhibuisse, quod planè consonat cum veteribus clementaribus litteris Samaritanis, typis expressis, in quibus Tau rudem quamdam crucem habet. Vide Palæograph. Graec. lib. 2, cap. 4, pag. 422.

Ita sententia hujus veritas non auctoritate modò veterum Patrum nota eruditissime fuit, sed etiam Rabbinorum testimonio, veterumque librorum Hebraicorum sive, in quibus Origenis ēvo nomen Jehovah vetustis gentis characteribus præferabatur. Neque enim Origenes aliorum testimonio, cùm hec asservat, nitebatur; sed ipse, vir aliquo eo scientia genere excellitissimus, oculis a se explorata memoria prodebat. Ita pariter S. Hieronymus minime cunctabundus, sed certa assertione mente suam prodidit. Res erat igitur eorum Patrum attate exploratissima, ipsis Iudeis non diffidentibus. Age modo, sententia opposite momenta expandamus.

Festauerunt quidem oporet, Iudeos pristinis moribus, ac littera legi et religione semper inhesisse, ut si quis hodiè aliquid è characteribus librorum sacrorum mutare appetiatur, supremum ille discrimen in se provocet. At si ponas 1º hanc veterum Phœnicum characterum in Chaldaicos mutationem nihil in rebus, sed tantum in apicibus et litteris aliquid innovare; litterarum etiam Chaldaicarum vim, numerum, valorem cum Hebraicis prorsus convenire, ut alia in alias mutari integrâ sententiârū sive facilè possint; multo facilius videbatur hujus reformationis negotium, quā si de transformandis Hebraicis in Graecos characteres, quod ab Origene in Hexaplis factum est, ageretur, sive substituendis Latinis rem

pro Hebraicis, quod aliquando pro iis qui Hebraicē nesciunt, solemus. 2º Iudeorum cum Samaritanis similes vetus erat, et omnium seculorum experientia probata; neque enim unquam inter utrosque populos convenire potuit. Quare nonnulli probabiliter credimus, Iudeos, cùm non possent à veterum characterum possessione Samaritanos deturare, alienos adoptasse, ne quid commune inter utramque gentem intercederet. Facile politica quadam, vel etiam, si mavis, religiosi ratio, quemadmodum Eusebius in loco superiori relate inuit, eam mutationem nonnulli juvit. Fortassis enim gentes optimates eā cautione commercium omne cum Samaritanis Iudeis abropere, ne tandem aliquando Samaritanorum consuetudine, communis legis causa introducta, demūnū Iudei corrumpentur. 3º Subita quidem characterum mutatio, veteribus, quibus hactenū scripta lex fuerat, abolitis, novis incognitis et inusitatis substituta privat auctoritate, nunquam in populo superstitionis et veterum consuetudinum studiosissimo induci potuit; sed sensim velut per gradus induci, auctoritate legitima et viri clarissimi opinione fulta, potuit quietis omnibus introduci; quemadmodum ferme simili exemplo, si apud nos ē manibus populi novum Testamentum litteris Gothicis scriptum, et obsoleto Gallico sermone actis Caroli V traditum, subducet, ut luculentia nitidis characteribus et puritate sermonis editio substitueretur.

Ferebatur autem animo universus populus Iudeus in litteris Chaldaicis, quibus longo uso, cùm in captivitate Babylonica teneretur, in civili ac familiari commercio assuererat. Quid igitur obstat poterat, quin etiam in usus sacris et in libros Scripturæ adoptaret, cùm præseruit Esdras et viri quique in universo populo amplissimi novam librorum sacrorum collectionem, novumque Canonem adorarent; hunc vero Canone illi instituerent, ut accuratius darent correctiusque sacrarum Scripturarum corpus, Chaldaicis descriptum litteris, notissimis illis, et magis veteri Phœnicum charactere familiaribus, apud eos potissimum, qui Transeuropæa tenebant?

Neque arduum videbatur, ut recepta illa Hierosolyma mutatione sensim ad Iudeos per varias provincias dispersos transfunderetur. Pierūmque enim loca, quæ Iudeis frequenter bantur, regum Chaldaicæ ac deinde regum

Persidis, quibus tandem Chaldaea paruit, imperio subiecibantur. Quare Chaldaico vel Syriaco sive Aramaeo (unus erat idemque) sermone, utpote regis et aulicorum Chaldaicæ et Persidis familiari, utebantur. Hujus erat in commercio per universum imperium usus; eodemque scripta sunt edicta regum Chaldaicorum et Persidis in Daniele, Dan. 2, 4, etc., et 5, 24, 91, 94, et 5, 6, 7, et 1 Esdr. 7, 12, 28, et epistola ad eodem reges, apud Esdram pariter 1, c. 4, 7, 8, relatæ. Ita sese res habuere usque ad Alexandrum Magnum, ceterosque post ipsum reges Graecos, obtinente ubique in Mesopotamia, Palestini, Phœnicia, Syria, ceterisque Asiae regionibus plerisque sub Persorum imperio, in ipsa etiam fortasse Ägypto, Chaldaic vel Syriaci sermonis consuetudine, iis salem in locis, in quibus regi praefecti sedem locaverant. Quibus ita se habentibus, facili Judei, per universas latè regiones dispersi, inducat publica auctoritate à viris in gente sua principibus reformatio[n]em non statim quidem totam, sed sensim, et per gradus, quemadmodum hisce rerum mutationibus fieri solet, adoptarunt. Neque ulla sane Iudeus sive Israelita non opportunam sibi hanc reformationem reputavit, quippe cùm magis familiaribus descriptis litteris sacrae Scripturæ tum primum exhiberentur. Cum verò tune primum certus librorum sacrorum numerus definiti copiesset, ac nova sacrorum exemplorum recensio suscepta esset; omnes sane oblatam sibi occasionem arripiunt, ut ad normam restituït publica auctoritate à viris doctissimis exempli sua quiske corrigerent recuderentur. Simili exemplo nostræ etiam attate accidit, ut Christiani avidis librorum sacrorum in vernaculari lingua versiones conquiserint. Minor est autem innovatio, sacros libros, ignoto charactere antea descriptos, notioribus litteris tradere, quām ex veteri originali lingua, populo ignota, quæ pluribus ante seculis obtinuit, novam vernacula linguā versionem tradere.

Quamvis autem Propheta Ezechiel, Daniel, et post ipsos Esdras, Nehemias, Aggeus, Zachiarias et Malachias purum putumque Hebraicū sermonem in lucubrationibus suis adhibuerint, ubique tamen apud omnes aquæ Iudeos captivos Hebraicæ lingue puritatem retinuisse, nullo argumento probatur. Quemadmodum eti[us] in Occidente ad nostram usque attatem libri Latini litteris frequentis

mandati fidere, ejusdemque sermonis usum Ecclesia Latina nunc etiam in solenni officio retinuit; non inde tamen colligas, ejusdem lingue usum familiariter apud omnes aequè obtinuisse. Quod verò nobis aperio satis argumento demonstrat, populum Chaldaicè aequè ac puro protoco Hebreo assuevisse, illud est, quid in Daniele et Esdrà longa supersint fragmenta Chaldaicè scripta, nullà subjecta interpretatione. Tandem vix potest in dubium revocari, Daniele, e. g., et Nehemiam, qui supraea quea munia apud regem gerebant, Chaldaic sermonem non ignorasse, quamlibet lucubrationes suas Hebraicis literis tradidere. Utrumque ergo callebant: item igitur ceteri Israelitæ pro eiusus conditione, quibus commercium cum iis gentibus, inter quas vitam agebant, detineendum erat. Quare cùm absolute assirerit, Hebreos in captivitate detentos Hebraicæ lingue puritate servasse, ex quo opportunita satis consecutione colligatur, nunquam illos literarum suarum apices reformasse, illud tanquam certum statuitur, quod maximè dubium, ne dicam falsum, reputandum est; ex quo nihil melior conclusio deducitur.

Statut̄ igitur veterum characterum apud Hebreos in novos, Chaldaicos scilicet, mutatione, superest, ut quoniam auctore hæc mutatione configerit, perquiramus. Hic verò potissimum dissertationis hujus propositum collimabat. S. Hieronymus, Origenem, et Eusebium ejus rei honorem Esdras vindicasse, supra animadvertisimus. Suffragantur inter recentiores criticos plerique, qui substitutas Chaldaicas litteras Phoenicis vel Samaritanis contendunt: quare aduersi sententiam communī suffragio probatam constantemque pugnare vix ac ne vix quidem posse videmur. At enim qui fieri potuit, ut Esdras, vir private auctoritatis, excoxitam à se mutationem, subaque auctoritate solummodo inducat Hebreis omnibus per universum latè orbem dispersis approbaverit? Animadvertere, Esdram non private auctoritatis virum fuisse, neque minimi apud suos nominis; omnes virum reverebantur, veluti morum probitate, rerum gestarum gloriæ, et literarum studiis insignem: cuius nomen apud ipsos profanos clarissimum habebatur: qui summā munitus auctoritate, ab ipso rege Persidis in Iudeam missus, ut gentem suam legibus moderaretur, ac in refractoriis penitus animadverteret, 1 Esd. 7, 11, 12. Esdras denique tanquam summus Ju-

deorum doctor, et divino Spiritu afflatus vir apud omnes meritò habebatur. Tantus igitur cùm esset, post exactam summā cum popoli approbatione vitam, accedente insuper Nehemiam, exterorūque virorum principum auctoritate, mirarisne, illum novam hanc characterum reformationem in libris sacris persuadere Iudei universis potuisse?

Hieronymus nunquam illud auctoritatis culmen in Ecclesiâ Latiniâ, quod Esdras in synagoga, attigit. Hieronymus versionem veteris Testamenti ex Hebreo adoravit, quod in re adversarios quālibet nascens, nec ipse quidem aliam in Ecclesiâ implebat dignitatem, quām sacerdotis. His tamen nequidquam obstantibus, eadem versio in publicis Ecclesiæ lectionibus recepta est, sensimque apud fidèles consecrata, è auctoritatis devenit, ut nullo jubile concilio, nullaque supremā auctoritate cogente, supra ceteras sola intra brevissimi temporis spatium ferretur. Neque illud modò, sed ita ejus luce vetera exemplaria explosa sunt, ut hodiè vetus integrum nullā ratione inventari. Tandem cō devoutum est, ut postremum generale concilium unam eam versionem authenticam declarat, ceteris novis versionibus abjudicatis. S. Hieronymus, inquam, minori eruditionis famâ, minori auctoritati, et, rur sit venia, minori mentis capacitate, quam Esdras possibat; nunquam enim S. Doctor divino Spiritu afflatus ad scribendum se contulit; nihil tamen seciū versionem suam Ecclesiæ Latinae universæ ita potuit commendare, ut ceteris abolitis sola regnaret. Cur igitur Esdras, divino Spiritu afflato, viro sui temporis doctissimo, et prophete dono insigni, non tantumdem tribuanus, ut universe Iudeice Ecclesiæ persuadere potuerit levem hanc characterum mutationem, ut integræ textus veritate, Phœnicis apicibus novos alios substitueret?

Aliud etiam in eam rem non præterendum argumentum accedit, quod Esdras auctore Iudei, si unquam aliis, ad eam mutationem recipiendam paratissimi censebantur, ut eam exigere, quin et poscere viderentur. Hebreorum enim quicunque in Transseuphratis et Syriæ regionibus versabantur, Chaldaicas litteris et sermoni ita assueverant, ut soi inter eos literati homines veterem scribendi rationem nōsent. Quare si textus notis populo litteris reddiebatur, via instruebatur prouior, ut vulgo omnibus lectio et studium legis pataret. Gravi etiam discendi genuinam litera-

rum genus onere levatus populus, eodem quo utebatur studio, ut Chaldaicas litteras ob familiarē commercium disceret, ipso pariter ad lectionem S. Scripturae, iisdem descripta characteribus, juvabatur. Poscebant ergo Iudei, summisque votis hanc litterarum instationem flagitabant.

Tandem in obscurō licet versetur tota huius mutationis historia, de quā alius est in S. Scripturā silentium, neque inter Judeos ipsos de illa satis constet: certam licet ejus rei epocham, et quām multum Esdræ laborandum fuerit, ut consilium suum universo populo persuaderet, ignoramus; facile tamen credimus, neque brevioris temporis rem fuisse, nec opera; nullaque magis re eam mutationem fuisse promotam, quam instiūtū Iudeorum in Samaritanos similitate. Quod enim penes Samaritanos esset Pentateuchus veteribus Phœnicis characteribus descriptus, id vel unicum in causā esse poterat, cur Iudei pristinum scribendæ legis morem deserentes, novum adoptarent.

Caterium ea quam hactenus statuimus re-novatio, quamvis nec Esdras velutior, nec multò recentior illo crederat, non ita tamen ejus rei certam epocham definire audemus, ut vel minimum exhibere ab illa per nos minimè licet. Neque ita Esdras ejus rei auctor constitutor, ut operam illi suam navassæ principes totius gentis viros negaverim. Totum etiam hujus substitutionis opus non ita statim absolutum perfectumque est, quia vestigia plurima veteris Scripturæ in sacris li-

bris manserint, Ita Origenis auctore quādam exempla suppetebant, in quibus nomen *Jehozah* velutis scriptum characteribus exhibebatur; et sub Simoni Machabæo excusos nummos priscis Samaritanorum characteribus videmus. Quare et adhuc auctore negotium reformationis non adèc processerat, ut nulla veteris scriptura vestigia manerent. Cujus rei sive illud in causā esse potuit, quid artificibus Phœnicis, qui nonnisi suas litteras nōsent, Simon usus sit; sive quād auctore aliquam velutatis auctoritatem conciliare voluerit, pristinus gentis sue characteres iterum reuocare: quemadmodum apud nostros reges in moribus positum est, ut Latinam descriptionem in nummis excudant, quanquam vernacula regni sermo alter est a Latino. Quacunque demum Simoni persuaserit ratio, vix tamen credimus fieri potuisse, ut characteres populo prorsus ignotos in nummis excudere.

Nihil igitur est cur fateri non debeamus, usitatum Mysi et Hebreis, post captivitatem Babilonicam usq; litteras fuisse Phœnicias, sive Samaritanas; earumque loco Chaldaicas, populo Chaldaicis et litteris et linguis assueto minime repugnante, substitutas fuisse in sacris libris, quos Esdras, doctor iuxta et plus scriba, Chaldaicè scriptis, recensuit, ordinavit, corredit, principibus gentiis sue viris faciunt comprobantibus. Quare prisci Phœnicum vel Samaritanorum characteres sensim apud Iudeos desiderare, ac exarati illi litteris libri sacri perire, ut nunquam nisi Chaldaicè vel scriberentur vel legorentur. (CALMET.)

UTRUM ESDRAS FUERIT AUCTOR CABBALÆ

Dissertatio.

Iudei legem distinguunt in scriptam et traditam sive oralem. Illam quinque Libris Moysis contineri: Hanc à Mose voce tradiam, et à Mose continua successione ad Esdram, ab Esdrā ad ipsos transmissam. Legem oralem duas in partes dividunt, quarum una plenior explicatione præceptorum, et ceremoniarum legis complectitur, à legisperitis et sapientibus diversis temporibus factam, que

habetur in *Mishna* et *Genera* Talmudis partibus integralibus. Ad hanc legis oralis partem revocantur etiam traditiones grammaticæ de punctis vocalibus, accentibus, syllabis, et itiusmodi minutis, in quibus Masora versatur. Altera pars, quæ theologica magis est, in aliorum arcanorumque legis mysteriorum cognitionem et explicationem incumbit. Cui *Cabbala* nomen indiderunt, quæ vox Hebreis

receptionem significat. Hanc mirum in modum venditati Judei, quorum illud est in Talmude Axioma: *Verba Cabballæ equivaruntur legi.* Scripturam, ejusque sensum literalem comparant candelæ, quæ minimo quadrante emittit; Cabballam margarite prefossa, quæ accensæ candelæ inveniuntur. Misericos doctores pharmacopolis similes esse aiunt, qui pharmaca parant ex medici præscripto, quorum ipsi vires ignorant: Cabballistas medicis, qui plantarum mineralium, ac medicamentorum ex iis confectionis vires perspectat et exploratis habent.

Cabbala definitur à Reuklino lib. 1 de Arte cabballistica: Divinæ revelationis ad salutiferam Dei et formarum separatarum contemplationem traditæ symbolis recipio. Nihil aliud esse quām expositionem sacrorum librorum juxta sensum anagogicum censem Joannes Picus Mirandulanus comes. Judei quippe, ut Christiani, modum quadruplicem habent Scripturas exponendi. 1^a Literalem, qui *Pesat* apud eos dicitur. Hunc explicandi modum amplexi sunt Aben-Ezra et D. Kimchi. 2^a Allegoricum, qui ab iis appellatur *Midras*: Unde apud eos *Midras Ruth*, *Midras Thilim*, *Midras Coheleth*, expositiones scilicet mysticae libri Ruth, Psalmorum, Ecclesiastis. Hoc genus commentatoris amplexi sunt doctores Talmudici, et antiqui autores *Mechilta*, *Midraschit* et *Rabboth*. 3^a Tropologicum, quem vocant *Sechel*, quo in genere excelluit Maimonides. 4^a Anagogicum, qui dicitur Cabballa: Quem auctor libri *Zohar*; libri *Tesiria*, ejusque commentatores quinque, nempe R. Saadias, R. Abraham Dior, R. Moses Bar Nachman, R. Moses Botrel, R. Eliezer de Geranissia, et alii sectantur. Nos mysticum sensum generali locutione dicimus, in quo erundo Cabballa versatur, prout opponitur literali, adeoque sensum allegoricum, et tropologicum, non minus quām anagogicum, modò perviri non sint, sed altiores et arcani, ad Cabballam pertinere.

Triplex vulgo Cabballæ genus Christiani scriptores distinguunt. Primum est antiquum Iudeorum ante Christum, mysticam et arcana Scripturae sacrae expositionem continens, non scriptam, sed ore traditam; non omnibus, sed sapientioribus. Huic primus Latinarum operam dedit Joannes Picus comes Mirandulanus, publicèque propositas de illa conclusiones, et Romanas improbatas, edita apologia defendit. «In cabballisticis libris se

cvidisse ait religionem non tam Mosiacam, quam Christianam. Ibi Trinitatis mysterium, Verbi Dei incarnationem, Messiae divinitatem, peccatum originale, angelorum ordines, futurae vitæ penas, eadem que apud SS. Paulum, Dionysium, Hieronymum, Augustinum, quotidie legimus, sic legisse testatur. Nulla fermè de re nobis esse cum Jacobis controversiam, sed quā liberis cabballistarum ita redargui revinque posse non possit, ut ne angulari quidem reliquis sit, in quem se condant.» Cabballam *veram* et *piam* vocat Sixtus Senensis, libro *Historie sanctæ*, et ab Ecclesiæ nusquam damnata assertit. Plurimum tamen differt modus tradendi sensus mysticos in Cabballâ, ab eo quen servant Ecclesiæ Patres et interpretes catholici. Cabballisti enim verbis obscuris mysteria sua tradunt, ut olim Pythagorei obscuris symbolis mysteria sua efficerant, ut sapientiam ostendent, et clarissimorum ingeniorum excitant curiositatem, vulgique admirationem, quod suspecti quidquid intelligentia assequi non potest. At Patres et interpretes catholici, verbis planis et aperiis mysticos Scripturæ sacrae sensu exponunt: adeò ut si quis sit obscuritas, ea non ex modo exponendi, sed ex argumenti sublimitate orietur.

Secundum Cabballæ genus, cui recentiores Judei se totos addixerunt in litteris, punctis, accentibus, et verbis Scripturae sacrae ludit ex variis permutationibus, combinationibus, abbreviaturis, vel ex literarum figurâ, aut vi arithmeticæ arcanos sensus et intelligentias extundens. Hujus tres species assignantur, scilicet *Gematria*, *Notaricon* et *Permutatio*.

Gematria, vox origine Graeca, in arte cabballistica significat arithmeticam litterarum supputationem, quā dictio numerum quaramdum, quorum litteris idem numerus notatur, unam per alteram explicat. Sic Zacharias 5, 8: *Adducam serum meum Tsemach* (Orientem). R. Kimchi notat quosdam per *Tsemach* intelligere Messianum: qui inter Messiam nomina, que à Talmudicis ei tribuntur, unus est *Menachem*, consolator; littera autem utrinque vocis et *Tsemach* et *Menachem* eundem numerum reddunt 158. Sic ex prima voce Genesis probant Deum creasse mundum in lege: quia litteris Hebraicarum dictiōnum, que significant: *In principio creavit*, et: *In lege formavit*, idem numerus exprimitur. Sic ex littera nem clausa Ioseph 9, 5, 7, annum Nativitatis Messie colligunt, ut videre est apud Calatinum libro se

cap. 19, et lib. 7, cap. 12. Hanc Cabballæ spēciem usi esse posse ait Christiani quidam interpretes explicando *Apocalypsis* loco cap. 13, ubi cum S. Joannes premisisset, bestiam, seu Antichristum effecturam, ne quis possit emere aut vendere, nisi qui haberit characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis ejus, mox subdit: *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computat numerum bestie. Numerus enim hominis est; et numerus ejus sexanta sexaginta sex.* Volunt sanctum Joannem ex literis Græcis, earumque arithmeticæ significatio ne intelligendum et conjectandam reliquise quodnam futurum esset Antichristi nomen. Amplissimum verò patet eruditis interpretibus dividinam campus, cum ex variis litterarum Græcarum combinationibus numerus resultare possit. SS. Irenæus et Hippolytus hoc nomen esse *TEITAN* concipiunt: Siquidem T in numeris apud Græcos 300 indicat, cùmque Id in dictione duplex T reperatur, sicut 600. Adde N, 50; I, 10; E, 5; A, 1, numerus resultat 666. Tionum Antichristi nomen conciit esse *ΑΛΗΜΙΤΕΣ*. In quo T, 300; Z, 200; Π, 80; M, 40; A, 50; I, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus fit summa totalis 666. Arethas Antichristi nomen futurum conciit, *ΑΛΤΕΙΝΟΣ*. In quo T, 300, Ζ, 200; O, 70; Ν, 50; Α, 50; Ι, 10; E, 5; A, 1. Ex quibus numeris simul junctis sit summa 666. Primus Antichristi nomen esse ait *ΑΝΤΕΜΟΣ*. In quo pariter T, 300; Ζ, 200; Ο, 70; Ν, 50; Μ, 40; Ε, 5; Α, 1. Ex quibus numeris fit eadem summa 666. Plura ejusmodi nomina confita, in quibus idem numerus reperiatur, apud Malvandens nostrum legere est libro 8, de Antichristo, cap. 8. Verum ut certum est numerum nominis Antichristi percuta computationem Græcorum litteris in ipso contentis declarari: ita incertum est quodnam sit id nomen, cum S. Joannes illud non indicaverit. Unde S. Irenæus, lib. 5: «Nos verò, inquit, de Antichristi nomine temere ac periculose quidquam affirmare nolumus. Nam si huic secundo nomine illius manifeste nuntiandum fuisset, ab illo utique expressum esset, qui *Revelatio nem* vidit.» Hunc sancti Irenæi locum descripsit Eusebius libro 5 Historie ecclesiastice capite 8.

Notaricon est, quo per compendium litterarum singulae dictiones aliquies litteræ totidem verba significant, quæ easdem litteras initiales vel finales habent. Sic ex prima Genesis dictione, *Bereschith*, colligunt hoc ora-

culum: *Barischonath raah Elohim Schi belon Israël torah.* In principio vidit Deus quod caceperint Israelites legem. Cujus oracula singulae dictiones incipiunt à litteris vecls, *Bereschit*. Sic Machabæos dictos volunt ab initib[us] litteris sacrae illius sententia, quæ habetur Exodi 15, 11. *Mikamoka baolim Jephove*, id est: *Quis sicut tu inter deos, Domine?* Sie auctor traditionum in libros Regum apud S. Hieronymum, ad illum locum 3 Regum 2, 8: *Haber quoque apud te Semeli filium Gera, filii Jemini de Bahurim, qui maledicunt mihi maledictione pessimâ, nota maledictionem pessimam apud Hebreos esse *Nimreteth*, quod vocabulum quinque litteris constat, Nun, Mem, Res, Tzade, Thau: quæ totidem verborum contumeliosorum initiales sunt: Noeph, Adulter; Moab, Moabitæ; Rotseach, homicida; Tsarval, leprosus, Toheba, abominatione. Quæ omnia à Semeli Davidi exprobata volunt, illum nempe ut adulterii reum, genere Moabitam, utpote ex Ruth Moabitide ortum, homicidam et Uriæ interfectorum, velut leprosum, ac Deo et hominibus abominabilem, urbe, renoque merito ejici.*

Tertia species est *Permutatio*, quā eodem litterarum numero retento, eas, eodem ordine manente alteri compontunt; vel per certam Alphabeti combinationem cum aliis permuntant. Sic, inquit, Jeremia 25, vers. 26, cū de rego Babylonis infasta prænuntaret Jeremias, nec tutum esset Babylonem exprimere, pro Babel Sesach substituit: *Et rex Sesach bibet post eos.* Quod sanctus Hieronymus in hunc Jeremias locum ex Hebreice lingue ingenio explicat. Sic Exodi 33, ubi dicitur Israeliticis populi: *Præcedet te angelus meus*, ex Hebreico vocabulo *Malachi* per litterarum permutationem colligunt archangelum Michaeli fuisse populi Israeliticis custodem; quia ex istius dictioni *Malachi* litteris alio modo combinatis fit *Michael*.

Terium Cabballæ genus, quā practicam vocant, ex litteris a verbis Scripturae deortis, et arcans quibusdam inde elicitis, morborum curationem, expulsionem demonum, aliorum id genus miraculorum patrationem tentat. Cabballa hæc ab arte magica nihil differt, eoque nomine exercanda est, et ab Ecclesiæ merito damnata. De hoc Cabballæ genere aliud quid subdedit Plinius, cū hanc inter magie species referat, depravato licet nomine. Arton enim illam *Jochabedam* vocat, et à Mose ac Judeis accessit libro 30 Historie, capite

primo. Virtute præsentim nominis Dei tetragrammaton miracula illi patrare cabbalisticæ artis peritos aient. Et hæc ratione *Iesum Christum Dominum nostrum* miracula edidisse, Rabbini quidam impè fabulantur. Narrant scilicet, in Hierosolymitanio templo extitisse lapidem, cui olim arca imponi solita fuerat, in eoque descriptum fuisse nomen Dei tetragrammaton, cuius ea vis erat, ut quicunque illud didecisset, omnis generis miracula edere posset; veritos ergo sapientes, ne quis ea facultate abuteretur, canes æreos portæ custodes apposuisse, hæc arte fabricatos, ut si quis memoria mandato inefabili nomine exire vellet, magnis corum latratis territis, illius oblivisceretur. Horum itaque gnarum *Iesum* sacrum nomen in membranâ descripsisse, quam in vulnero cruri facto occultavit; sicutque egressum templo, membrana extracta, nomen, cuius oblitus fuerat, iterum didecisset, ejusque virtute tot miracula edidisse. De variis illis Cabbala generibus legi possunt noster *Sixtus Senensis* libro 2. Bibliotheca sanctæ, Bonfrerius Praelogorum in Scripturam sacram, capite 21. Waltonus Prolegom. 8. in *Biblia polyglotta*, et alii.

His prænotatis, expendendum est, an Esdras auctor fuerit Cabbala, aut certè ipsius doctor, quam Moyses à Deo edocitus sapientibus tradiderat, et que continuâ successione ad Esdras usque et synagoge magno viro transmissa fuerat.

PROPOSITIO UNICA. — *Cabbala nomine si sensu mystici in literali fundati, et ex intentione Spiritus sancti sub littera cortice reconditi, traditionem et intelligentem duntasat significat, Moyses et Esdras Cabbalæ doctores fuisse, facili conesserim: at si hoc nomine artem illam intelligas, quæ Judæi recentiores mysteria ex litteris et eorum figurâ, permutatione, aut arithmeticæ supplicatione erant, hujus auctores Esdras vel Moyses asservare temerarium ac ridiculum est.*

Prima pars propositionis ex eo probatur, quod apud Judeos, *quiis credita sunt eloquii Dei*, ut ait *Apostolus ad Romanos*, 5, et quibus cuncta in figurâ contingebant, non solum sensu literalis, sed etiam mystici intelligentia et dispositio esse debuerit secundum Dei providentiam singulararem: ut quæ Christum, ejusque mysteria, et Ecclesiastem spectant in lege ac Prophetis, nec primariò tamen vocibus, sed rebus ipsis significantur, explicari populo

possent, sive ab hominibus Numine afflatis, sive a sacerdotibus et doctoribus. Hanc autem intelligentiam sensum legis reconditorum, et mysteriorum notitiam Moyses, per quem Deus legem dedit, ab ipso Deo accepisse, et cum Ioseph ac senioribus communicasse; hos verò illam transmissose ad sequentium atatum sapientes successivâ et nasquam interrupto Traditione, credere par est: aliqui Deus Ecclesie sue in necessariis defusset. Hæc intelligentia præ ceteris excelluisse prophetas nemo sanxerit dubitaverit; necnon Esdras à Deo destinatum ut legem, ceterosque libros sacros quoddammodo instauraret; populoque exponebat, utpote scriba doctissimus in lege Dei. Sanè cùm interpretaretur populo universo verba legis per dies plurimos (2. *Ezra* 8), non solum sensum literaliter, sed et mysticum ipsum resurrasse credere par est, et arcana mysteria Messiam, qui *finitus legis est*, spectantia exposuisse; sed idem *Judeorum* in *Christum* venturum excitaret, sine quâ Deo accepti esse, et justificari, atque salvari non poterant.

Confirmatur ex *Origene*, tom. 6, in *Joannem*: *Quod si, inquit, Sapiens intelliget que ex proprio ore protulerit, in labiis vero portabit animi candorem: Vel necessariò quedam de Prophetis, tanquam non sapientibus (ut qui non intellexerint proprio ore prolati) inconsideratè enuntianda erunt: vel quod celebre est, et verum admittentes (nempe prophetas sapientes esse) fatendum erit, que proprio ore protulerint, eos intellexisse, in quo labiis gestasse animi candorem; et perspicuum est Mosen mentis acie legis veritatem, historiarumque apud se scriptarum allegorias juxta anagogem vidisse. Imo Jesus veram distributionem factam post destructionem novem et viginti Regnum intelligit, cum magis quam nos conspicere posset, quas veritates admirabiles res se gesta. Quin perspicuum etiam est Isaiam, mysterium sedentis in throno, et duorum Seraphim, et alarum, et ipsiusque altaris, et fornicis, et operimenti faciei, et pedum, quod faciebant Seraphim, et vidisses Rursus Ezechiel Cherubim, et ipsorum iter, et firmamentum super ipsis, et sedentem in throno violi; quibus quid gloriosius sublimiusque? Et ne singulatim prosequens in longum pretendant sermonem, vobis ostendere viros perfectos in superioribus castitatis non minus cognovisse, quam qui à Christo revelationem habuerunt, quippe cum his ille idem qui *Apostolos docuit*, cultus Dei*

*mystera abscondita retexerit, adhuc paucis additis judicandus legentibus relinquit, et considerandum de hisce rebus quidquid volunt. Nam, inquit, in *Romanorum*, *Paulus*, Epistola: *Ei autem qui potest non firmare secundum Evangelium meum, iuxta revelationem mysteriit, quod temporibus sempiternis est tacitum, manifestatum autem nunc per scripturas propheticas, per apparitionem Domini nostri *Iesu Christi*.* Si enim *Apostolus* manifestatum est mysterium per scripturas propheticas, olim tacitum, et Propheta intelligebant, quæ proprio ore profrebat, quia sapientes essent, profecti quæ *Apostolis* manifestata fuere, etiam Propheta intellexerunt. Ad hunc cigitur modum neque *Apostolos* spes *Phariseos* *Paribus*, vel *Mose*, vel *Prophetis* dictum sumus: *Hisque praecipiunt, qui diutius ob virtutem supernis apparitionibus, vel representationibus divinis, et revelationibus grandium mysteriorum digni fuere habiti.**

Confirmatur secundò ex *S. Hilario*, Enarratione in psalmum secundum: *Erat, inquit, jam à *Mose* ante institutum, in synagoga comi septuaginta esse doctores. Nam idem *Moses* quamvis Veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatis quedam ex occulti legi secreto mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cojus doctrinae etiam *Dominus* in *Evangelio* meministi: *Super cathe drum Moysi*, inquit, *sederant Scribe et Pharisei. Omnes ergo quæcumque dixerint vobis servate et facite: Secundum vero facta eorum nolite facere.* Doctrina ergo horum in posterum, que ab ipso Scriptore legis accepta, in hoc seniorum et numero et officio conservata est, Septuaginta Interpretes reconditore illa Scripturarum interpretandarum scientia instructos fuisse, addit *S. Hilarius*. *Hi itaque senioris libros hos transferentes, et spiritualem, secundum *Moysis* traditionem, occultarum cognitionum scientiam adepti, ambiguae lingua Hebraicâ dicta et varia quedam ex se nuntianta, secundum virtutes rerum, certis et propriis verborum significationibus transulerunt, doctrine scientia multitudinem illam sermonum intelligentiam temperantes.**

Propositionis pars altera ex eo probatur, quod ars cabbalistica, prout à recentioribus *Judaïs* accipitur, sit merus in sacris Scripturæ verbis Iudæi, observationesque cabbalistarum plerique omnes nuge sint ingeniosorum

hominum, sèpè inepta, sèpè impia et superstitione: adeoque *Mose*, *Esdras*, aliquisque à Deo afflatis hominibus indigna. Mysteria quidem in ipsis litteris quandoque in Deo inclusa sunt, quandoque in vocebus solitarie sumptis. Sic *Tau Ezechielis* 9 mysterio plenum est, utpote *Domine* passionis signum, ac nota salvandorum. Sic *λ* et *α*, *Apocalypsis* ultimo, quibus significatur *Christum*, sive quâ *Deum*, esse principium et finem rerum omnium; sive quâ hominem, esse primum omnium sanctorum, et principium omnis sanctitatis in ceteris, per vite et passionis sua merita: esse etiam finem, ad cujus illustrandas gloriā referuntur sanctitas omnium electorum. Sic trium illarum dictiom à prodigiis illa manu in parieti scriptarum (*Danielis* 5) *Mane, Thkel, Phares*, id est: *Numeravit, appendit, divisit*, quellibet mysterium significat, integrumque votivum continet *Baltassari regi Babiloni* rum funestum, ut Daniel ibidem explicat: *Mane, Numeravit Deus Regnum tuum, et complevit illud. Thkel, Appensus es in statu, et inventus es minus habens, Phares, Divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis.* Sed haec cum gematriâ, notarico, et permutatione litterarum cabballistica communè nihil habent. Siquidem illa divina sunt: haec humana artis inventa. Haec ex Dei ordinatione; haec ex fortuita litterarum combinatione. Haec ex Dei nutu; haec ex humani ingenii lusi, ut fit in anagrammatismis. Unde ex iisdem litteris initialibus eodem in ordine manentibus, aut ejusdem dictiom omnibus litteris alter dispositis, diehanc formari possunt contrarios sensu redentes. Quod *Aesopi Fabulatoris* exemplum probat, qui cum in veteris adiutori ruinas cum hero suo *Xantho* medidisset, has litteras in marmoreo columnâ exaratas A. B. A. O. E. T. X. ingeniosè ac feliciter explicat hunc in modum: *Απότελε θηράτα τέτορα φρέσκας ἔντομα περιφύρεται*. A nota numeralis est, quatuor significans, quodd sit quartâ in Alphabeto Graeco littera. Unde ipsam τέτορα significare intellexit. *Aesopus* gradus quatuor cum foderis, inventies thesaurum aurum. Secundum solerterum *Aesopi* conjectationem defossâ humo, inventothe sauro, cum avarus domine totum sibi vindicaret, monuit *Aesopus* aliud iisdem litteris praecipi, nempe: *Qui anferetis, discedentes dividite quem non inventatis thesaurum aurum*. Verum cùm thesauri partem sibi debitam festivo illo ingenii lusi, serie vim admonitionis habente, ab ingratu hero obtinere

non posset, indicavit *Æsopus* aliud iisdem litteris exprimi mandatum, cui parere tenetur; scilicet: *Reddit regi Dionysio quem inveneristi thesaurum aurum.* Simili ratione, ex illis ipsis litteris, ex quibus Cabballistæ magna mysteria per gemmatrum, notaricorum, aut permutationem eruerunt se gloriantur, quidlibet aliud, et forte contrarium ab hominibus ingeniose ludentibus colligi posset. Ars itaque cabballistica incerta est, vana, et nugax: adeoque Moysi, Esdræ, aliisque à Deo afflati hominibus injuriam faciunt, qui hujus artis inventores aut doctores illos fuisse contendunt.

Præterea, tantum abest ut Cabballa ad Scripturam sacra intelligentiam, et ad fidem dogmata probanda vel illustranda viam aperiat, ut potius ad Scripturam divinam fideique corruptionem tendat: siquidem Cabballistæ, neglecto sensu literali, ingeni sui figura, speciosaque nugas, pro magnis mysteriis, veroque Scriptura sensu venditant. Unde cabballistica illæ interpretationes quibusdam etiam Judæorum magistris paulo magis cordatis non probantur. Ex illis Aben-Ezra, Praefatione in Legem, tales interpretari noctius assimilat, « qui in litteralis sensu splendor cœci sunt, in mysteriorum tenebris perspicaces. » Et Rabbinicum illud axioma profert: « Textus sacer non egreditur de manibus simplicibus et litteralis sensu. » Et Commentarii in Genesim, cap. 14, ait: « Scriptura non loquitur gemitricè, sed verba intelligenda sunt prout sonant. » Temerarium igitur et ridiculum est, Moysen, Esdram, aliosve Spiritu Dei afflatos homines Cabballæ auctores vel doctores asserere.

Tertius, cabballistica artis novitatem probat veterum silentium, Josephi Judaicorum Antiquitatum vernacula vindicis, Philonis Judæi, qui cum in Allegorii totis versetur, de arcana illis Cabballæ nihil omnino habet; Origenis, qui tot Judeos de rebus Judaicis consultavit, qui de Traditionibus Judaicis toties verba fecit, præcipue libro 4, *Itipi Ἀπόστολος*, cap. 2, qui sensum allegoricum Scriptura sacra ubique sectatur, de Cabballæ mysteriis si aliquid novisse nullib[us] indicat; S. Epiphani, qui Judæis parentibus natus, et iam adolescens christianam Religionem amplexus, sapè de Judeorum scriptis ac traditionibus, quas *Απόστολος* vocant, agit Hæresi 15, 14, 15, 16 et seq. Hæresi 25, et 42, et in Responso ad Epistolam Pauli et Acacii: aliasque hujusmodi *Απόστολος* Mosi, alias Akiba, quasdam Addas Sue Judæ, nonnullas Hasmonæis tribui refert: mirabilis illius

artis, scilicet Cabballæ à Moyse, vel Esdrâ tradidæ, aut librorum de illa editorum nusquam meminit. S. Hieronymi, qui Judaicarum traditionis toties mentionem fecit, toties eas explicavit; toties Judæos præceptores conduxit ut eas addisceret, tot annis in Iudeâ et Syriae commoratus est, et tamen de Cabballâ et libris cabballisticis nihil uspiam habet. Commentario quidem in caput 25 Jeremiæ explicata illa verba: et rex Sesæ bibet post eos, nota Sesæ positum esse pro Babel communione litterarum Alphabeti Hebreis familiaris, sed ex Cabballæ arcana id non eruit S. Hieronymus, neque prophetam arte cabballistica id fecisse innuit, sed ex lingua Hebreica proprietate et us. Ait enim: « Quomodo Babel intelligatur et Sesæ, non magnopere laborabit, qui Hebreæ lingua parvam saltem habuerit scientiam. » At Cabballæ mysterya intelligere non ita facile est. Unde Elias Levita, in Thesbite, se non posse hanc sapientiam sufficienter expondere, et ob pravitatem suan non attigisse istam sapientiam, et scientiam sanctorum profiteretur. Denique Cabballæ propriæ sumpte nulla in Talmude, in Midraschim, in antiquis ullis Judaicorum libris memoria, nullum vestigium occurrit. Dixi, Cabballæ propriæ sumpte: nomen enim Cabballæ nunc à Judeis tribus modis sumitur, ut observat Morinus libro 2, Exercit. 11, cap. 5, § 11. Primo pro traditionibus, quas vocare solent *Tora Belalpe*, legem oralem, que Talmudo continetur; imò totum Talmud nihil est aliud quam lex oralis scripta. Secundum pro Rabbinorum et doctorum à Mose ad hec usque tempora successione, de qua Cabballæ specie R. Abraham Levita, et Ghedalias scripserunt, librosque suos de Cabballa inscripserunt, ille *Librum Cabballæ*, hic, *Catenam Cabballæ*. Hæc Cabballæ species ad primam aliquo modo refertur. Nihil enim in eis agitur, quām doctorum historia qui legem oralem docuerunt, et alii tradiuerunt. Tertius Cabballæ dicitur, doctrina quedam mystica, ex variis nominum divinorum combinationibus, et resolutionibus, litterarum Alphabeti variis situ, permutatione, decussatione, decem *Sephiroth* sive Dei attributis variè inter se comparatis, orta et eruta, que praæ casteris libro Zohar continetur. Cabballæ hoc tertio modo sumpte nulla in Talmude mentio, nulla in Midraschim, nulla in antiquo ullo libro memoria, nullum vestigium. Nec enim hujus rei vestigium voco grammaticas subtilitates, quae rarissime in antiquis eorum libris occurunt. Hoc enim fert

linguarum genius, que litteris Alphabeti sui utuntur, numerorum et siphram loco. Sed quando quid ejusmodi faciunt, sensum moraliter simileiter inde elicunt, non in mysticos et tenuissimos alius ejusdem farinae insitos digavant. Hæc Morinus.

Obijicitur, Esdram septuaginta libros cabballisticos Dei jussu et afflatis scriptissime, cum solis sapientibus communicandos: Moysi vero arcanam hanc sapientiam à Deo traditam in monte Sinai, et ad Esdram usque traditione transmissam, qui primus illam scriptis prodidit. Id ex libro 4 Esdræ, cap. 14, compertum esse, ubi Deus de horum arcanorum revelatione Moysi facta ait: *Revelans revelatus sum super rubam, et locutus sum Moysi, quando populus meus seruabat in Ægypto, et misericordia de Ægypto, et adduxi eum super montem Sinai, et detinebam eum apud me diebus multis, et enarravi ei mirabilia multa, et ostendi ei temporum secreta et finem; et præcepit ei, dicens: Haec in palam facies verba, et haec abscondes.* De Esdrâ vero postquam libros quatuor supra ducentos jussu Dei quadrangula diebus scriptissimus, subdiuit: *Et factum est cum compleverint quadriginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora quo scriptis in palam pone, et legant digni et indigni: nouissimus autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vera intellectus, et sapientia fons, et scientia flumen. Horum Exemplarium librorum magnis impensis à Judeis redempti Joannes Picus Mirandalanus comes, ut ipso testatur.*

Respondet, librum apocryphon idoneum ad faciendam fidem non esse. Libros autem Esdra 5 et 4, ut apocryphos ab Ecclesiæ rejeci jure merito, cum fabulis secent. Unde S. Hieronymus Praefatione in Esdram et Nehemiam ad Domitionem et Rogatianum, scribit: « Nec quemquam moveat, quod unus a nobis liber editus est: nec apocryphum tertii et quarti somniis delectetur; quia et apud Hebreos Esdra Nehemiasque sermones in unum volumen coarctantur; et que non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, prouol abjectienda. » Et libro adverso Vigilantium: « Tu vigilans dormis, inquit, et dormiens scribis, et proponis mihi librum apocryphon, qui sub nomine Esdra à te et à similibus tuis legitur..... Quem ego librum nunquam legi. Quid enim necesse in manus sumere, quod Ecclesia non recipit? » Quamvis ergo Clemens Alexandrinus libro 5 Stromatum, auctor Operis Imperfecti

in Matthæum inter S. Joannis Chrysostomi opera editi, Homilia 54; S. Ambrosius libro de Bone Mortis, cap. 41; libro 2, in Lucam, libro 2 de Spiritu sancto, cap. 7, Oratione de Obitu Satyri fratri, et Epistola 58, ad Oronianum, quantum librum Esdræ velut canonicum, et ab Esdrâ afflante Spiritu sancto scriptum agnoverit, illum nihilominus Ecclesiæ judicio præcente rejiciimus, quæ duos tantum Esdras Libros in Canone admisit, ut constat ex Origene in Expositione primi Psalmi, referente Eusebii libro 6 Historia Ecclesiastice, cap. 25; concilio Laodiceeno, Canone ultimo, S. Gregorio Nazianzeno in Carmine ad Selecum, S. Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphani, Hæresi 8, et libro de Mensuris et Ponderibus, cap. 23, S. Hieronymo locis mox laudatis, S. Augustino libro 2, de Doctrina Christiana, cap. 8, et libro 45, de Civitate Dei, cap. 25; Innocentio I, Epistola ad Exuperium Tolosanum episcopum; concilio Carthaginensi, canone 47. Gelasius cum Synodo Romana unum Esdras librum canonicum agnoscit, quod Esdras et Nehemias libri in unum volumen compingerentur; et ne pluribus recensendis inutiliter operam collocem, sacra synodus Tridentina sessione 4, in canonorum librorum Indice librum duntaxat Esdræ primum, et secundum, qui dicitur Nehemias, ascribit. Quod ergo liber quartus Esdras narrat de libris quatuor et ducentis ab Esdrâ intra dies quadriginta conscriptis, et de libris septuaginta ex eo numero cum solis sapientibus communicandis, ad fabulas amandetur.

Quod spectat Mirandalanus comitem, fumes ipsi Judeus aliquis venditavit, ipsique illis, adscripto veteribus membranis Esdræ scribit, et synagogue magna propriæ nomine, ut grandem ab illo pecuniam emungeret. Nec mirum, quod fraudem passus sit felicissimi exteroquin ingenii comes, quem juvenilis ætas, et sciendi cupido immensa imposturis hujusmodi nimis credulum efficerant. Non dum enim vigesimali quartum atatis annum exegorūt cūm Apologium suam scriptis, in quā de libris illis hæc habet: « Illi libri apud Hebrewos hæc temestate tantâ religione columni, ut neminem licet nisi annos septuaginta natum attingere. Illos ego libros non medie-cri impensâ mihi cūm comparâsem, summa diligentia, indefessus laboribus cūm perlegissem, vidi in illis, testis est Deus, Religio nem non tam Mosaicam, quām christianam, etc. (NATALIS ALEXANDER.)

TIRINI VITA.

TIRINUS (JACOBUS), Jesuita, Antuerpiæ natus anno 1580, Scriptura sacra professor, primariae domus Antuerpiensis superior, totiusque in Hollandia Jesuitorum familia director, magnum apud omnes nomen adeptus est, editis in libros sacros Commentariis scriptis præfato recusis, 2 vol. in-fol., quæ magni sunt his, qui, neglectis textuum variis lectionibus, lit-

ter sensu investigatingo potissimum incumbunt, juxta Patrum commentatorumque communem interpretationem. Illud opus sequitur *Index controversiarum*, egregiā methodo rerumque soliditate conspicuus.

Oblit. P. Tirinus die 14 Iulii an. 1636, æta-
tis 56.

AUGUSTINI GALMETI IN TOBIAM PROLEGOMENON.

Liber Tobiae nomine inscriptus utrumque Tobiam habuit auctorem; vel saltem illi monumenta reliquerunt, quibus adhibitis recentior aliquis auctor librum exaravit, omnibus ferè phrasibus priorum scriptorum scravatis. Tobias pater semper in prima persona loquitur in exemplaribus Gracie, Syriacis et Hebraicis, à primo usque ad quartum libri caput. In Greco et Hebreo capite 12 (1) legimus, Raphaelem illis imperasse, ut totam hanc historiam litteris traderent; et in capite 15 (2) corundum textum legimus scriptum à seniori Tobia canticum, quod statim ibidem subditur. Qui verò librum exaravit, quasdam suo marte animadversionessubdidit, et in exitu postremi capituli adjectit: *Completis annis nonaginta noneminim timore Domini, cum gaudio sepiulcerunt eum. Omnis autem cognovit eum, et omnis generatio eius, in bonâ vîta, et in sanctâ conversatione permanuit, ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, et canetis habitabilius in terra.* Hæc probabilitas visa sunt inter ea quæ de auctore libri feruntur. Estius persuasum habet, librum hunc primò post captivitatem Babyloniam scriptum esse, quid in eo clarissime exprimitur dogma de vita eternâ et beatitudine cap. 2, v. 18, et cap. 11, v. 9 (5). In qua-

etiam rem facere videntur nomina Gabriel et Michael, uti et nomina mensium, quæ omnia à Babyloniam derivata Judæi in Bereschit Rabba

La mort de Tobie le jeune est de l'an 622 avant l'ère chrétienne. La captivité de son père commença sous Salomonas, en l'an 718. Or le livre de Tobie était traduit en grec dès le premier siècle de l'ère chrétienne, puisqu'on le trouve cité à la fin de ce siècle par des Pères grecs et latins. Saint Ambroise, saint Hilaire, saint Cyprien citent le livre de Tobie comme inspiré par l'Esprit saint; ils le qualifient d'écriture prophétique. Saint Irénée nous apprend que de son temps on le regardait comme un livre prophétique, sans doute à cause des prédictions qui se trouvent dans les deux derniers chapitres. Origène, dans sa lettre à Africanius, dit que le livre de Tobie était écrit par les Juifs, ainsi que celui de Judith, au rang des livres apocryphes, c'est-à-dire des livres qu'ils tenaient cachés, mais que les Églises chrétiennes en faisaient usage dans leurs assemblées; et dans sa septième homélie sur le livre des Nombres, il les compare entre les Livres sacrés avec celui d'Esther. Saint Clément de Rome, saint Polycarpe, saint Basile, saint Jérôme, saint Augustin, etc., citent tous le livre de Tobie comme un des livres canoniques; enfin, dès le quatrième siècle, il a été placé dans le catalogue des livres sacrés, par un concile d'Hippone et par le troisième de Carthage. Voltaire a donc fait une bête gosse sière qu'il a mise sur le compte de *sauvages* qu'il n'a pas gardé de nommer.

Si ce livre, traduit par saint Jérôme, sur un exemplaire chaldaean, n'est point dans le canon des Juifs, c'est qu'ils ne le recourent qu'après le temps d'Artaxerxes sous lequel fut clos le canon de leurs livres sacrés; mais les Juifs ne le regardent pas moins comme une histoire véritable. (Duclot.)

(1) Ibi legitur v. 20: Γαρ οὐτε πάντα τὰ συνέπεια τοῦ Σατανᾶ.

(2) Cap. 15, v. 1: Καὶ Τοβίτ ἐγγένεις προστύχων σὺν ἀρχαλδαισταῖς.

(3) Voltaire prétend que, selon les savants, le livre de Tobie n'a été écrit que *neuf cents ans après la dispersion*.

et Talmud docent. Sed hæc sequuntur, qui scriptum sub captivitate librum arbitrati sunt.

Frustra quis secerne aggreditur, ea quæ ab utroque Tobia scripta sunt, ab illis quæ libri auctori debentur; omnia enim unicæ styli, rerum et animadversionum serie constant. Ferunt duodecim priora capita ad patrem, reliqua ad filium pertinere: duo postremi versus ad collectorem sine controversiâ spectant. Cum verò in variis ejusdem libri textibus modò fusiores, modò breviores cùm orationes, tunc narrationes occurrant, si quis à scriptoribus sacris plurimi recentissimi opus asservaret, mutatis vocibus sententiisque, nihil tamen historia fidem labefactantibus, unoquaque pro eo quo agebarit spiritu, per me licet. Id factum quidem intelligit, inspectis variantibus locis, quæ nos sedulò in commentario annotavimus.

Si duo Tobiae librum adornarunt, in Assyria sive Medorum regione versantes, id quod certum esse censetur, illos vernacula regionis sermone, nempe Chaldeo et Syriaco usus esse credimus. S. Hieronymus, cum eas exemplar Chaldaicum nactus esset, autographum dubio procul esse existimavit, statimque Latinum vertendum suscepit, ministerio usus hominis ejus linguae peritissimi, quo Hebreæ librum reddente, S. Hieronymus Latinis literis actuatum excipiebat. «Quidquid ille mihi Hebreis verbis expressi, inquit ad Chromatium et Helliodorum, hoc ego, acito notario, servis monibus Latinis exposui.» Hæc Latina versione modò obtinet, cui divina auctoritas per concilium Tridentinum asserta est. Simplissima est omnium, et maximè perspicua, alienis inquisitio narrationibus libera, quibus suspicionis aiquid induci posse videatur. Abest profinde ab omni corruptionis nota, cui ceteræ editions, uti statim observabilis, obnoxiae sunt.

Vetusissimum omnium que supersit, versio Graeca reputanda est, cujus sive tempus sive auctor ignoratur. Neque Josephus, neque Philo Tobiani nōrānt, vel saltem de illo nihil memoria prodiderunt; nihil etiam de eis in scriptis Apostolorum: plura tamen apud veteres christianos auctores. Hanc historiam uno consensu receperunt Pseudo-Clemens in Constitutionibus Apostolicis lib. 1, 5 et 7, S. Polycarpus Epist. ad Philipp., S. Clemens Alexandrinus lib. 4 Strom., exteriorum tum Graeciū Latini Patres et scriptores. Vetus Latina

versio, olimante S. Hieronymum obtinens, ex Graeco ornata, sola ante sanctum doctorem canonica habetur. Huetius Demonst. evang. prop. 4, de libro Tobiae, n. 4, hanc Graecam versionem ceterarum maximè puram et archetypo consentientem judicavit (1). Cur tamen S. Hieronymus novam versionem è Chaldaeo aggrederet, quam à Graeco non uno in loco recedere noverat (2)? Cur S. Augustinus in Speculo novam hanc S. Hieronymi versionem præstulit, cùm ipso antea veteri vulgata ex Graeco versioni assueverit (3)? Cur tandem Ecclesia Latina pro versione S. Hieronymi sententiam tulit, quam in disputationibus de religione unicè canonican haberi jussit (4)?

Summariter debet fatuus reverentiam versionis Graecæ, Patribus primorum seculorum probata, cui nostrâ etiam stetit à Graecis prima deferuntur. Eò pariter collimare scimus argumenta pro auctoritate libri Tobiae, ex testimonio scriptorum ecclesiasticorum et conciliorum ante S. Hieronymum deducit, ut hujus libri Graecæ scripti, vel in Latinum ex Graeco traditi auctoritatem commendent. Non est tamen cur idcirco Gracius textus, seu vetus Vulgata, versione S. Hieronymi potius habeatur: hoc enim claritate, puritate, diligentia ceteris praestat (5). Ex quibus fontibus versionem suam derivavit S. Hieronymus, scimus; unde verò Graeca, ignoratur (6). Neque enim

(1) Eamdem sententiam tenerunt Pridieux doctor Anglus, et Houligant. (Editores.)

(2) Idem responderi poterat, quod ab Ipsi Hieronymo, præfatione in librum Josue, sciat me, non in reprehensionem veterum non cadere. Volut Hieronymus Chaldaicum suum exemplar Latinis hominibus antea ignotum, quale esse, exhibere. (Houligant.)

(3) Huic interrogatio querit ipse Calmet ex Augustino responsione. (Houligant.)

(4) Respondebitur quia, cùm tale Ecclesia Latina factum est decretum, iam intererat antiqua versio Tobiae, ex Graeco facta. Quippe Vulgatan novam aquilatentem habet Ecclesia Latina præ ceteris Latinis editionibus, ut ait concilium Tridentinum, non autem præ editione, aut versione Graecæ, quam ab ipsis Ecclesiæ incunabulis pro authenticâ habitan, noluit certe Ecclesia Latina non amplius esse authenticam. (Houligant.)

(5) An clarius et parior sit, eruditiorum judgmentum est. Sed quantum pacto haec poterat. Conaret videri fidelior, cùm non haberet Chaldaicum exemplar, ex quo facta est, neque ultam aliam Chaldaicæ illius codicis versionem? (Houligant.)

(6) Non negat ipse Calmet, oriens est ex Chaldaico fonte Graecam versionem; sed hoc volunt dicere: ignoramus quis interpres conservaverit Graecæ Chaldaicæ exemplar. Hoc verò conceditur; neque tamen propterea in